



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

- I. Markgraf Albrecht vereignet dem Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow das Dorf Repente und sechs Hufen im Dorfe Sucene, im Jahre 1283.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

gedachten Jahre hob König Friedrich Wilhelm I. sie auf und trat der Bergemann wieder in seine früher Lage als Zeitpächter zurück. Dennoch bot derselbe eine höhere Pacht, als zur Erfüllung des während der Erbpächtsperiode gewonnenen Ertrages erforderlich war. Sein Sohn, der nach ihm das Amt erhielt, zahlte zehn Jahre später schon 2542 Thlr. 13 Gr. 2 Pf., seit 1737 aber 2929 Thlr. Zeitpacht für das Amt, welches durch Abtretung von Luhn, Repente und Zerlang verringert war; und unter der Regierung Friedrichs des Großen ging die jährliche Pacht schon beträchtlich über 3000 Thlr. hinaus.

## U r k u n d e n.

### I. Markgraf Albrecht vereignet dem Johanniter-Orden zur Comthurei Mirow das Dorf Repente und sechs Hufen im Dorfe Sucene, im Jahre 1283.

Albertus dei gratia Marchio Brandenburgensis vniuersis cristi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad omnem boni operis consumationem adeo nobis expedit intendere vigilanter, ut cum districtus iudex in die nouissimo cunctorum examinare venerit actiones, non formidanda sint nobis, gehenne supplicia pro delictis, set quomodo eterne beatitudinis premia possimus pro bonis operibus adipisci. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos proprietatem uille, que repente dicitur, et sex mansos in uilla, que Sucene dicitur, quorum possessio fuerat olim domini wichmanni glude militis et Johannis de haelberch, damus liberaliter seu donamus commendatori et fratribus sancte domus hospitalis ierosolymitane beati Joannis baptiste et eorum ordini pro remedio anime nostre et nostrorum progenitorum libere possidendam. Excipimus seu eximimus predicta ab omni exactione seu petitione, angaria, perangaria, constructione urbium, pontium seu munitioum et generaliter ab omni vexatione et molestia, quibus predicti fratres et eorum homines in predictis bonis a nobis uel a nostris heredibus possent in perpetuum grauari uel aliquo modo impediri. Hec predicta bona cum proprietate et omni libertate et omni iustitia et iudicio et aduocatia et omni illo, quod vulgariter Recht et Unrecht dicitur, et cum omnibus terminis suis hactenus habitis, cum aquis, aquarum decursibus, molendinis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis et omnibus pertinentiis sibi adhaerentibus de consuetudine gratia uel de iure damus seu donamus antedictis commendatori et fratribus in Myrowe ac eorum ordini perpetuo, quiete ac pacifice possidenda. Inferenda quoque premixtis hoc solum excludimus, quod de uille predictae repente medietate et de septem mansis pretactis in uilla Sucene duo solidi denariorum brandenburgensium in festo beati Martini nobis et heredibus nostris annis singulis census nomine perfoluentur. Et ne hec nostra donatio a nostris successoribus uel a quibuslibet etc. Acta sunt hec in virstenshe anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>, V<sup>o</sup>. kalend. Nouembris presentibus Domino henrico de wildenhagen, Domino Zabello de Redingstorph, Domino Henrico Son....., Domino Misnhora, Domino Henrico de polchow pincerna, Domino Ludekino de plote et Domino Ronilo et aliis fide dignis.

Nach dem Original des Sonnenburger Ordens-Archives.